



OMISSA ADDENDA SUO LOCO.

DIACRYDIUM CYDONIATUM.

Pag. 3. post DIACRYDIUM GLYCYRRHISATUM.

Scammonium pulveratum indatur cydonio malo excavato, quod pastâ farinaceâ obductum in furno vel sub cineribus secundum artem assetur : postea exceptum Scammonium usui fervetur.

Observandum est Scammonium juxta leges electum in pluribus compositionibus catharticis, his correctionibus non indigere. Quandoquidem in illis plurima adhibentur medicamenta, quibus Scammonii violentia retunditur.

CLARIFICATIO SERI LACTIS.

Pag. 6. post MODUM PARANDI SERUM LACTIS.

Serum lactis paratum, ut dictum fuit, turbidum est adhuc & albicans ob plurimas caseosas partes in liquore superstites. Ut igitur limpidum fiat serum, bulliat cum Cremoris Tartari drachmâ semi pro singulis seri libris, agitetur cum ovi albumine, & fiat colatura; quæ quidem, si non sit perfectè limpida, per chartam bibulam trajiciatur.

DECOCTUM ANTIVENEREUM LAXANS.

Pag. 16. post DECOCTUM SUDORIFERUM.

Rx Rasuræ Ligni Guaiaci,
 Radicis Sarsaparillæ minutim sectæ, ana unciam unam.
 Radicis Chinæ per taleolas incisæ,
 Ligni Sassafras assulatim secti,
 Polypodii Querni, ana unciam semissem.
 Foliorum Orientalium, drachmas tres.
 Rhei electi minutim concisi,
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, ana drachmas duas.
 Seminis Coriandri, drachmam unam.
 Nitri purificati, drachmas duas.

Macerentur per viginti-quatuor horas in
 Aquæ communis, libris octo.

In vase terræo vitrato. Deinde suspenso in medio liquore nodulo ex aquilæ albæ subtilissimè tritæ drachmâ unâ frustulo panni linei inclusâ, bulliant omnia & coquantur ad quartæ partis diminutionem. Decoctum refrigeratum per inclinationem effundatur, & servetur ad usum.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM.

Pag. 16. post DECOCTUM AMARUM.

Rx Radicum Graminis,
 Bardanæ,
 Oxylapathi, ana unciam unam.
 Glycyrrhiæ rasæ & contusæ, drachmas duas.

Coquantur in
 Aquæ communis, libris quinque ad libras quatuor.

Tum adde Decocto
 Scobis Radicis Raphani rustici radulâ vel scobinâ
 derafæ, unciam unam.

Paulo post in decoctum ab igne semotum injice
 Foliorum minutim concisorum Beccabungæ,

Nasturtii,
Cochleariæ, ana
manipulum unum.

Vas, quod terreum vitratum esse debet, accuratè obturatur, donec liquor profùs refrigeratus sit. Tunc percoletur, & percolato liquori affundatur succus Mali Citrei unius expressus, & idem Malum Citreum frustulatim sectum in decocto immergatur. Serva ad usum.

SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII

Pag. 40. post SYRUPUM DE IBISCO.

Rx Radicum Althææ, unciâs duas.
Cicerum rubrorum, unciâs unam.
Radicum Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhiæ mundatæ,
Uvarum passarum expurgatarum, ana unciâs semis.
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianti utriûsque, ana manipulum unum.
Quatuor seminum frigidorum majorum,
& minorum, ana
drachmas tres.
Coquantur ex
Aquæ, libris sex.
Dum quatuor supersint. Colaturæ adde
Sacchari albi, libras quatuor.
Percoquatur Syrupus.

SYRUPUS

SYRUPUS HELLEBORATUS.

Pag. 48. post. SYRUPUM DE POMIS.

Rx. Radicum Hellebori nigri selectarum, unciam unam.
 Folliculorum Sennæ, unciās tres.
 Rhabarbari minutim concisi, unciam unam & semis.
 Glycyrrhizæ contusæ & in filamenta divisæ,
 unciam semis.

Macis,

Caryophyllorum,

Cinnamomi, ana drachmam unam.

Macerentur per triduum in Balneo-maris in vase vitrato
 optimè clauso in

Succi defæcati Fumariz, libris tribus.

Deinde bulliant per horam unam, & fortiter exprimantur.

Liquor expressus per se defæcatus cum

Cassonadæ, libris duabus,

Clarificetur ex albumine ovi, & coquatur in syrupum.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM LIQUIDA,
 OMNI TEMPORE PARANDA.

Pag. 59. post CONSERVAM ROSARUM.

Rx. Rosarum rubrarum exungulatarum perfectè siccata-
 rum & tenuiter pulveratarum, unciās tres.
 Aquæ Rosarum fragrantis Balneo-maris elicitz,
 unciās sex.

Misce, fiat massa quam immisce in

Sacchari aquâ Rosarum soluti & in tabellarum consis-
 tentiam cocti, libris duabus.

Fiat Conserva mollior.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM SOLIDA
OMNI TEMPORE PARANDA.

R Rosarum rubrarum siccatarum, & subtilissimè pulve-
ratarum, scrupulos quatuor.
Cremoris Tartari pulverati, grana novem.
Sacchari albissimi & in aquæ Rosarum fragrantis quan-
titate sufficiente cocti, uncias quatuor.
Misce, & admisce simul
Succi Limonum, guttas aliquot.
Fiant Tabellæ.

PULVIS PECTORALIS,
SIVE LOHOC SICCUM.

Pag. 64. post PULVEREM DIAMARGARITI FRIGIDI.

R Matris Perlarum præparatæ,
Cornu Cervi philosophicè præparati,
Eboris ad albedinem calcinati, ana drachmam unam.
Sacchari candi pulverati, drachmas duas & semis.
Olei Cacao, drachmam unam semis.
Radicum Althææ,
Liquiritiæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana scrupulos duos.
Radicis Iridis Florentinæ, grana sex.
Terræ Japonicæ, grana octodecim.
Ex omnibus exactissimè tritis, pulveratis, lævigatis fiat lege
artis Pulvis tenuissimus.



PULVIS TEMPERANS.

Pag. 65. post PULVEREM E CHELIS.

Rx Tartari vitriolati,
Salis Nitri purissimi, ana drachmas tres.
Cinnabaris Antimonii, scrupulos duos.
Misce, fiat Pulvis subtilissimus.

PULVIS HYDRAGOGUS.

Pag. 71. post PULVEREM CORNACHINI.

Rx Radicis Jalapæ, unciam semis.
Mechoacanæ, drachmas duas.
Cinnamomi,
Rhei electi, ana scrupulos quatuor.
Gummi Guttæ, drachmam semis.
Foliorum Soldanellæ siccatorum,
Seminum Ebuli,
Anisi, ana drachmam unam.
Misce, fiat Pulvis.

FINIS.

RECEIPT FOR THE PREPARATION OF
AQUEOUS SOLUTIONS OF
SOLUBLE SALTS

1. Weigh the substance to be dissolved
accurately in a glass vessel.
2. Dissolve it in a small quantity of
water, and then add the remainder
of the water, stirring with a glass
rod.

3. If the substance is a solid, it
should be dissolved in a small
quantity of water, and then the
remainder of the water should be
added, stirring with a glass rod.

4. If the substance is a liquid,
it should be poured into a glass
vessel, and then the remainder of
the water should be added, stirring
with a glass rod.

5. If the substance is a gas,
it should be passed into a glass
vessel, and then the remainder of
the water should be added, stirring
with a glass rod.